



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

58. An Clericus incurrat in poenas supra dictae Bullae, si habeat rem cum aliqua muliere in vase praepostero? Et an incurrat in casum reservatum Sodomiae ille, qui cum muliere rem habuerit in praeposteri ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Ref. 4 § Sed audiamus & in aliis § § & verif. eius not.

babilem DD. opinionem efficere, vt Ecclesia det iurisdictionem, etiam si forte opinio illa sit falsa; vt si probabile sit, talem posse absoluere a referuatis, vel centuris, & similibus. Ita Lessius, qui citat pro hac opinione etiam Henriquez lib. 2. de penit. cap. 14. num. 3. & 4. & illam etiam post Lessium & alios docet Sanchez in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 35. Quoniam (ait ipse) in talibus confessionibus semper quispiam fatetur aliqua venialia cum mortalibus, de quibus mortalibus est opinio probabilis; sed quilibet Sacerdos habet certam iurisdictionem circa venialia, & ideo cum penitens non ponat obicem, & sit certa iurisdictione in aliquam materiam partem, erit certus confessionis valor; & quamuis talis Confessarius careat iurisdictione in mortalia ea indirecte & per accidens, virtute illius iurisdictionis remittuntur, quicquid in contrarium asserat Nugnus vbi supra.

3. Dico igitur non solum adesse valorem Sacramenti in illa confessione, in qua penitens cum mortalibus, de quibus adest opinio probabilis, confitetur aliqua venialia, vt modò asserbat Sanchez: sed etiam quando in illa confessione (vt fuit in casu, de quo interrogatus fui) non confitetur, nisi illud peccatum, de quo extabat opinio probabilis, confessarium posse illum absoluere; nam tunc opinio DD. probabilis efficit, vt Ecclesia tali sacerdoti in illo casu conferat iurisdictionem.

4. Ad argumentum pro contraria sententia in principio positum, parit responso ex dictis. Nam in aliis casibus in materia Sacramentorum, sequendo opinionem probabilem, relicta probabiliori & tutiori, esset periculum irritandi Sacramentum, quod in casu de quo loquimur, non potest euenire. Nam licet illa opinio probabilis sit falsa à parte rei, tamen in tali casu iurisdictione suppletur & confertur ab Ecclesia. Illud verò quod ait Filliuc. mihi displicet. Nam si non esset admittenda doctrina superius posita in casu, de quo loquimur, sequerentur eadem incommoda, quæ sequerentur, Ecclesia non supplet iurisdictionem, quando est error communis, & titulus coloratus, in quo casu vult ipse iurisdictionem ab Ecclesia suppleri. Ex his omnibus apparet, me rectè consuluissè, Sacerdotem absoluentem cum opinione probabilis illum penitentem, qui rem habuerat cum femina in vase præpostero, non obstante referuatione peccati sodomie, non peccasse, neque irritum efficisse Sacramentum. Salua semper, &c.

RESOL. LVII.

An Bulla Pij V. contra Clericos Sodomitas obliget in foro conscientie, & sit vsu recepta? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 61.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Ref. 38. § Quoad & perlege obiectiõem Caramel. aduersus hanc quæst. in tom. 6. tr. 1. Ref. 39. signanter à lin. 1. §. 2. & vide etiam doctrinam aliorum Ref. eius primariorum, & infra vide Ref. 3 & alias Ref.

§. 1. Obligare putauit Nauar. in man. cap. 27. num. 249. & in hanc opinionem inclinat Gambarupta de casibus referuatis cas. 2. n. 4. 2. Sed contrariam sententiam docuit Iac. de Graff. in suis dec. p. 1. lib. 2. cap. 50. num. 4. & 5. vbi probat supradictam Extravagantem tantum pertinere ad forum exterius, & non esse in foro conscientie vsu receptam, tradiderunt Belloch. in praxi de cas. refer. p. 2. q. 1. n. 221. Auila de cens. p. 7. disp. 4. dub. 7. concl. 7. in fin. Henricus in sum. lib. 14. c. 5. n. 1. & Prosper de August. in addit. ad sum. Quaranta, ver. sodomia, & ita asserit, respondisse multos viros doctos, & innuit Suar. de censur. disp. 31. sect. 4. num. 22. & absolute tenet Filliuc. de casib. referuat. p. 2. c. 7. §. 1. num. 8. vbi testator, quendam ex Societate Iesu testatum fuisse, Cardinalem Sabellinum Vicarium

Romani Pontificis consultum respondisse, hanc Bullam non esse vsu receptam. Sed quia fieri potest vt alicubi sit vsu recepta, ideo queritur.

RESOL. LVIII.

An Clericus incurrat in pœnas supradictæ Bullæ, si habeat rem cum aliqua muliere in vase præpostero? Et an incurrat in casum referuatum sodomie ille, qui cum muliere rem habuerit in vase præpostero? Ex part. 2. tr. 17. Misc. 3. Ref. 62.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Sayrus de sup. h. cens. l. 7. c. 12. n. 23. Campanile in diuer. jur. Car. vrb. l. 1. c. 22. n. 17. Gasias de benef. tom. 2. p. 11. c. 10. §. 2. n. 207. Prosper de August. in addit. ad sum. Quaranta, verb. sodomia, & Aloyl. Ricc. in praxi p. 3. resol. 60. n. 4. & p. 1. resol. 302. n. 2. & in Collectaneis decif. part. 5. collect. 1877. Ratio est, quia concubitus cum femina in vase præpostero est verè sodomia, vt tenet Homobon. in exam. Eccl. q. 1. tr. 7. c. 28. q. 114. Regis. in praxi tom. 2. l. 2. c. 3. sect. 10. n. 49. Lessius l. 4. c. 3. dub. 13. n. 90. Llamas in sum. p. 3. c. 8. §. 21. Menoc. lib. 2. de arbitrariis cent. 3. cas. 286. n. 5. qui citat Cardinal. Dec. Afflict. & alios, vide etiam Iul. Clarus lib. 5. §. sodomia. n. 23. & Lambert. de iure patron. p. 1. lib. 2. in art. 1. principali, n. 1.

2. Et ideo Iac. de Graff. in praxi lib. 1. cap. 11. nu. 2. cum Riccio vbi supra, & Gambarupta de cas. referuat. cas. 2. num. 3. Homobon. de cas. referu. p. 2. cas. 5. sect. 5. asserit, & concubitus cum femina contra naturam, esse includendum in casu referuato sodomie.

3. At mihi contraria sententia semper visa est etiam probabilis, & probabilis etiam illam vocat Barbola in collect. tom. 2. lib. 5. tr. 3. c. 4. n. 10. & in terminis nostræ Bullæ eam docet Azor. p. 3. lib. 3. cap. 19. quæst. 3. Floronus de cas. referu. p. 2. cas. 7. §. 1. n. 9. & Belloch. vbi supra, num. 219. vbi probant, Clericum non incurtere in pœnas huius Extravagantis, si cognoscat feminam extra vas debitum. Ratio est, quia sodomia est peccatum contra sexum, & debitum instrumentum; sed quando aliquis præpostere cognoscat mulierem, si non seruat debitum vas, seruat tamen sexum. Ergo non committit proprie sodomiam. Et ita docet D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 1. cum Caiet. Azor. vbi supra, cap. 20. quæst. 1. Tannerus in 2. 2. disp. 3. q. 3. punct. 6. num. 149. Valent. tom. 3. disp. 9. q. 3. punct. 3. Zamardos in direct. part. 2. præ. ept. 6. c. 10. Ioan. de la Cruz in direct. cons. p. 1. præ. 7. art. 7. dub. 8. concl. 1. Ledelma p. 2. trall. 2. 7. c. 15. concl. 1. Henriquez lib. 11. c. 17. num. 6. in gl. lit. A. & B. Bonac. tract. de matr. q. 4. punct. 11. propos. 1. Filliuc. tom. 1. trall. 30. c. 8. n. 158. cum aliis.

4. Ex his apparet, me probabiliter olim respondisse, quandam non incurrisse in casum referuatum sodomie, dum habuit rem cum muliere in vase præpostero: & ita tenent Syllius in D. Th. 2. 2. c. 154. art. 12. Bonac. vbi supra n. 5. Chapeauilla de cas. referu. c. 15. quæst. 2. Summa Coronap. 2. c. 2. n. 16. Floronus de cas. referu. p. 2. cas. 7. n. 6. & Iac. de Graff. libi contrarius in tom. 2. lib. 5. conf. 3. cum aliis.

RESOL. LIX.

An Clericus incurrat pœnas supradictæ Extravagantis, si non emisit semen intra vas? Ex quo deducitur, quod ad incurrendum in casum referuatum sodomie, necessarium est, vt semen intra vas effundatur, sicut autem, non erit proprie sodomia. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 63. §. 1. Respon